



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE ||
IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV.||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Eiusdem forma, & statura corporis. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Eiusdem forma, & statura corporis.

Cap. X V.

TATVRA fuit modica, & grata
& pleno dignitatis aspectu; colore in-
ter album & aquilum; exorrecta la-
taque fronte; viuacibus oculis; oblon-
go & incurvo naso, quam vel in pri-
mis certam prudentiae notam meto-
scopi existimant. claudicauit non-
nihil è vulnere olim in propugnatione Pompelonensis
arcis accepto, sed circa villam deformitatem; vt nemo
fere nisi curiosus animaduerteret. Effigies circumfertur
illius, non admodum ad viuum, vt familiares affirmat;
siquidem ex mortui demum facie, gypso imaginem ex-
presse plastæ, quoniam ipse, dum viueret, neque pingi
sc, neque fingi permisit, omnibus in rebus humanae glo-
riae contemptor egregius; ac dignus profecto, cuius
vitæ sanctimoniam præstantissimasque virtutes,
pia posteritas, tanti parentis memor, in
omne tempus imitetur & ce-
lebret.

F I N I S.

